

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Compendium rhetorices - Cod. Ettenheim-Münster 305**

**[S.l.], [Anfang des 18. Jahrh.]**

Articulus de periodo. De definitione periodi eiusque partibus

[urn:nbn:de:bsz:31-131036](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-131036)

Articulus  
De  
Periodo.  
De  
DEFINITIONE PE-  
RIODI EIUSQUE PARTIBUS.

Q: quid sit Periodus?

R: Est oratio, qua pluribus constat parti-  
bus, ita inter se connexis, atque a se invicem depen-  
dentibus, ut sensus non sit perfectus, et absolutus, nisi ulti-  
ma pars accedat.

Q: quonam sint partes Periodi?

R: Illae partes sunt membra, membrorum vero partes  
sunt incisae, prout periodum constituunt. dico: prout  
periodum constituunt; nam etiam extra periodem mem-  
bris, ac incisae utimur, quamvis non sit necesse, ut membra  
in periodo, semper ex incisae componantur.

Q: quid est membrum?

R: Membrum: quod Graeci colon appellant: / prout  
constituit periodum, est oratio, quae quidem perfectam

sententiam, seu plenam constructionem efficit, n̄ tamen  
sensum ita absolvit, ut n̄ expectetur aliquid alterius  
addendum. ut Cicero: si quantum in agro, lociq; desertis  
audacia potest ubi vides constructionem juxta leges  
grammaticas esse absolutam, non tamen sensum.

Extra periodum autem membrum oratio perfecta,  
quod incisum velut partib; componitur, quin tamen ad sen-  
sum absolvendum alio addidamento indigeat.

ut Cicero pro lege manilia. Hoc tantum bellum, tam  
turpe, tam velus, tam late divisum, atq; dispersum,  
quis unquam arbitraretur, aut ab omnib; Imperatori-  
bus uno anno, aut omnib; annis ab uno Imperatore  
confici posse

Q. quid est incisum?

Q. Incisum, seu cosum, groce coma, prout in periodo  
ponitur, est pars membri, faciens sensum, seu construc-  
tionem imperfectam; et hoc ideo, qui vel non omnes  
partes grammaticales expressas habet et interruptas. ut  
in procedenti exemplo videre est. hoc tantum bellum,  
ut nimirum quinq; incisa sunt sine verbo.

Contra vero in secunda contra Catileram, Abiit, exaspit  
erupit, e vasit. Catil. sed act <sup>tuus</sup> videre, ne vobis, ne  
quidem omnib; ne etiam tam probata, si illum, ut

erat merito, moxle multa sententiam huc deduxi, ut  
 cum palam pugnare possetis, cum hostem a peste vide-  
 retis. ffore, ut eius socios invidia oppressas persequi  
 non possem. En constructionem interruptam.

Q: an non etiam utimas inciso extra periodum?

R: Affirmative, et tunc incisam est vel pars membri,  
vel sensus brevissimus, ut Cicero in prima Catilena.

O tempora, O mores. vel est sensus in equisito numero  
 ad membrum conclusus. ut id Cicero pro Cluentio.

exat memoria: sunt stabulo publico: Ad argueme  
si mentios: testium dicta recita. A paulo post:

Quid ergo? Negasne, illud iudicium p. corruptum?  
 non nego: sed ab hoc corruptum non esse confirmo. a quo  
 igitur est corruptum.

vel Denique est sensus imperfectus, seu talis, qui non omnes par-  
 tes expressas habet, quas grammatice requirit ad con-  
 structionem.

### De Divisione ac Varietate Periodi.

Q: quotuplex est Periodus?

R: In primis alia est vulgaris, et alia Latunda.

vulgaris est, cuius partes quidem sunt debito connexo

modo n̄ tamen ita necessario, ut una alterave omisa sensus  
non esset plenus et perfectus.

Contra Periodus Rotunda dicitur, estq; pulcherrima,  
cuius partes s̄ habet autem tantum tres, aut ad summum  
quatuor partes ita sunt connexæ, ut solvo sensu nulla  
possit omitti. atq; huiusmodi Periodi sunt plerumq; rita  
constituti, ut quocunq; ordine statuerentur partes idem  
semper sensus prodeat, ut Cic: pro Cœci. Statim ab ini-  
tio. Si quantum in agro lociq; desertis audacia potest  
tantum in foro, atq; in iudiciis impudentia valeret:  
non n̄ in causa cederet Tulio cecinna, sexti obati  
impudentis, quantum in vi facienda cepit audacis.

Q. An n̄ veteriq; Periodi tam vulgaris, quam rotunda  
subdividitur.

R. utramq; adhuc subdividi in simplicem, et compositam.  
Simplicis est, quod uno absolvitur membro; ideoq; groce  
dicitur Monocolos, velut alij volunt simplex est, quod  
habet unum aut etiam plura membra, modo n̄ interve-  
niat colon, aut semicolon. qualis est hoc Ciceronis:  
ita nationes nullo atq; magno, uno quodam ferro-  
re, ac metu concitabantur.

Et licet hoc, atq; similes Periodi simplices, unū dun-  
taxat membrum comprehendant, ~~et ratio huius est~~  
nihilominus tamen

à membro simplici differant, obflexum nempe illum, quæ  
circa finem faciunt periodi. ut si dicas:

Nos expectamus quotidie labelarios vestros.

Hoc verba ita prolata n̄ periodum, sed tantum mem-  
brum simplex efficiunt. Et ratio huius est; quia circa  
finem nullum faciunt flexum ad principium.

Contra si dicis.

Nos labelarios vestros, hominesque ligentissimos quoti-  
die expectamus.

Jam erit periodus monocolor, hoc est uni membri; quia  
verbum expectamus, veluti duobus inter interiectis inci-  
sis interruptum, redit rursus ad suum principium, scili-  
cet nos, quod vel ex ipsa pronuntiatione perquam faci-  
le constat:

Periodus autem composita est, quæ duobus vel pluribus  
membri absoluitur, estque multiplicis generis: alia  
enim dicitur dicolor, seu binembris, quæ duo solum con-  
plectitur membra. vel cuius prothesis uno, altero mem-  
bro a podosis absoluitur. quemadmodum talis.

1. Erunt igitur humanitatis vestro magnæ eorū  
civium numerum calamitate prohibere.

2. Sapientis, videre multorum civium calamitatem

à re publica se jundam esse non posse.

À quo propter dignitatem contingit felicitas.

Et ea stultis male cogitandi affert occasionem.

Alia compellatur tricolos, seu trimembris, quòq; tribus membris perficitur. atq; hoc potest fieri si vel trimembris prothesi uni membris respondeat apodosis prioris exemplum sit tibi illud quid de morenem.

Quarum rerum gratiam Philipus suis factoribus debet  
quarum poenas nobis exigere convenit, earum nunc  
mentionem facere non vacat.

Nam cum antea per oblatem nondum huius auctoritate loci contingere auderet, statueretq; nihil hinc nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferre oportere. omne meum tempus amicorum remoribus transmittendum putavi.

Exemplum posterioris sit tibi hoc sequens tricolos.

Qui beatorum morte tristantur, vel eandem felicitati invident, vel propriis potius commodis dolent.

Alia denique dicitur tetracolos, seu quadrimembris, quò nimirum quatuor membris conficitur. seu in qua duplici prothesi duplex respondet apodosis. ut rursus Cicero pro cocina.

Si quantum in agro, lociq; desertis audacia potest,

Tantum s. vide supra.

Atq; istig modi periodus si ita quatuor membris absol-  
vatur, ut rotundis simili orbis instar omnia inter se  
recurrant, vel ita, ut duo ultima membra duob; primis  
ex eoque respondeant, et unde unq; incipias, suam sem-  
per sensum, venustatem, atq; integritatem invenias  
tunc ternata, aut rotunda, seu quadrata. dicitur estq;  
omnium perfectissima, pro Exemplo tibi sit rursus:  
si quantum in agro. y.

Ad cuius imitationem quidem sequentem edidit:  
si quantum apud te valeret accepti beneficii recordatio,  
quantum apud me valuit tibi gratificandi studiosa  
propensio, eandem mihi nunc benevolentiam testare es  
adversante fortuna meis commodis, quam olim seby mihi  
ad vota fluentib; testabaris.

Hic incidenter queres, quid per sopig dictam prothesin  
et apodosin intelligatur? Item an Periodus n. plura  
quam quatuor tantum membra habere queat?

Ad primum per prothesin seu ut alij dicunt Prothesin  
nihil aliud hic intelligitur, quam prior pars periodi,  
quod scilicet suspensa relinquatur. Per apodosin vero  
nihil aliud quam posterior pars, quod sensum absolvit.

ut in hac periodo.

Non enim possunt in civitate multi rem,  
aliquos fortunas amittere, ut non plures secum in  
eandem calamitatem trahant.

ubi vides primum membrum huius periodi ad prothesin,  
Costeriq. a podosin.

Ad secundum. Ceterum haud dubie, periodum etiam quinq. vel omnino sex membra habere; sextum tamen sit eadum summa longitudo, et hoc ipsum etiam raro fiat.

Ordinarie vero longiores quatuor membris non consistant, alioquin vel sunt obscurae, vel non facile possunt uno spiritu sine interruptione pronunciari, quod tamen exigit intelligi.

Porro membrum in perfectioribus periodis non multum excedat versus hexametrum, quam vis Cicero, Muretus, et alij saepe longiora faciunt. ne vero hac in re erras scrupulosus, scias velim, quod etiam perfecta periodus membris possit componi more comaticis, seu incisivis, ut in hac videre est:

Si vita hoc est misera.  
Ad aliam asperamus.

Hanc enim est classem bimenbris nemo facile excludet, quamvis non habeat membra decem, aut plurimum sy-

labarum, quas quidam critici ad perfectionem membri pro-  
ut hoc est constitutum periodi gratis requirunt.  
Interim tamen si negaverim periodum in compositione  
membrorum inter se ratione longitudinis varie divi-  
di. hinc potabis periodum bimembrem seu dicolon,  
aliam <sup>esse</sup> isocolon, aliam anison. Isocolon dicitur  
quando utrunque membrum est inter se numero syllaba-  
rum fere aequale. cuiusmodi est hoc Cicero.

Cui autem quodlibet opus sit, quis unquam hunc  
fere dixerit dividem.

Anison appellatur cum aliquod ex membris notabili-  
ter minus est, ut: nunquam equidem polliceri tibi id  
possum, quod a me petis. Atque hoc cum proportione  
etiam de aliis periodis intelligas.

Notabilis secundo si spectetur modus, quo inter se mem-  
bra connectuntur, periodus composita dupliciter di-  
stinguitur.

Alia enim est, quae constat membris a parte inter se con-  
iunctis, sine eorum interruptione sibi invicem succedentibus.  
ut sunt omnes illo periodi, quos supra Exem-  
plorum gratia posceing.

Alia vero est, in qua membra ita sibi invicem sunt  
permista, ut ex duobus vel pluribus membris unum actu

eva dat, fiatq; per idq; pauciores quidem membrorum  
acta potestate vero plurium, ut cic: inferrem.

Multa mihi necessario praetermittenda sunt, ut possim  
aliquando de iis rebus, quae meae fidei commissa sunt,  
dicere;

Hoc periodus est acta bimembris, potestate vero tri-  
membris, qui aliam membrum illam, quae meae fidei  
trajecto verbo dicere includitur in secundo membro.  
fiat autem acta trimembris, si ita ponatur.

Multa mihi necessario praetermittenda,  
ut possim aliquando de iis rebus dicere,  
quae meae fidei commissa sunt.

Hem illa pro Roscio. Quoniam cuius consilio occi-  
sus sit video; cuius manu percussus, non laboro  
Hoc est acta bimembris; quia duo sunt ver-  
borum concupciones: potestate vero est quadrimem-  
bris; quia in quatuor membra perfolvi potest hoc  
modo.

Quoniam manifeste mihi constat,  
cuius consilio Roscio occisus sit:  
Non suscipiam laborem in quaerendo,  
cuiusnam manu percussus sit.

Ne tamen in discernendis Periodis erres, bene advertas  
 oportet, qualia membra, ante te habeas, sunt: illa  
 sorsim per continuationem ita sibi invicem connexa,  
 ut unam actu videantur constituere Periodum.  
 unde non bene exercitatus in his et similibus membris  
 per quae facile erroneum possit ferre iudicium. ut  
 in hac Ciceroniana.

Certe mea diligentia cum illorum cupiditate;  
vestra integritas cum ipsius pecunia.  
vestra constantia cum illius patronorum ministeribus  
potentia.

Quid est mirum si minoris iudicij Thyro his membris  
 tricolor constitui iudicet. Cum tamen et ipsa in  
 tantum tria membra, vel minus proprie loquendo  
 tres uni membris; quia per se singula, perfectam  
 sensum efficiunt, licet sibi invicem per figuram  
 protonegma mediante verbo certe, quod in singulis  
 subintellegitur, et facile repetitur, ita connectan-  
 tur, ut iidem una tricolors constitui videatur.

Similiter apud eundem Cui. duo sequentes bimem-  
 bres non nemini quasi una quadrimembris videri possent.  
Hoc utrum sint vobis consilia sicorum,  
an violentarum consilia.

At utram cogitata sapientiam, an optata  
curiosam videantur.

Interdum absoluta periodo nonnunquam annectitur  
aliquod membrum quasi per accidens, veluti in sequenti  
videre est.

Nam si potest ita pecunia sine oratorum  
injuria detrahi, populus Romae habeat.

Proferam in tantis oratorum angustiis. atque hoc  
interim de periodis proprie dictis sufficiant.

De  
Schi notene Pneumate, et  
De  
Periodica Circumductione,  
Perioda Pneumatica, et Tasi.

Q. quid sit Thonoleres?

R. Est colon, sive membrum prolixum, quasi in mo-  
dum furis extensum, unde et nomen habet. Fit autem  
dupliciter primo Hyperbato, seu traiectione verbi,  
vel interjectione alterum, aut etiam plurium mem-  
brorum, cum scilicet membra inter se permiscerentur.

Nunc iam ad ea, ad quae ne res ipsa vocat,

Et vestra voluntas invitata dicenda aucto. Ciz.

Secundo fit, quando unicum colon incisus distinctum proterditur. ut Cic. contra Rullum.

Hoc capite quisites, omnes gentes, Nationes, Provincias.

Regna, decem virum dictioni, iudicio, Potestatis permissa, et condonata eddico.

Hic notabis Sthonotenen per hoc à membro simplici differre, quod Sthonotenes notabilem syllabarum numerum habeat, membrum verò pauciores, utpote quod ultra viginti syllabas raro, vel saltem n̄ multum excedat, nam alias jam n̄ erat membrum simplex, sed Sthonotenes, Seinde Sthonotenica dicendi formā vitiosa est, atq; inepta, si n̄ distinguatur incisus, quod tamen non requiritur ad membrum simpliciter tale, utpote quod soper est nullum profcis incisum continet.

Q: quid est Periodus Pneumatica?

R: Est illa, quo membris constat prolixis, A Sthonotenicis. ut iterum est illa dicolos apud ciceronē contra Rullum.

Adque ego à primo captie legis usq; ad ex boe mū,  
reperio iudices, nihil aliud cogitabō, nihil aliud

susceptum, nihil aliud actum, nisi ut Diem Reges  
 erarij, vectigalium, provinciarum omnium, totique  
 publicis Regnorum, liberorum populorum, orbis denique  
 terrarum Domini constituantur, legis agrario, simu-  
 latione, atque nomine.

vocatur, autem hoc, atque similis dicendi forma, periodus  
 Pneumatica, quia accommodatur ad spiritum dicentis,  
 pronuntiatur enim uno spiritu, et tam prolixè prolen-  
 ditur, quam diu orator, sine notabili respicio qui-  
 ste dicere potest.

Q: quid est periodica circumductio?

Q: Est illa, quae aliquo modo similis est periodo, non  
 tamen habens conditiones ad periodum proprie dictam  
 requisitas. ut:

Pater dat filiis. prohibes.  
 leges firunt. tamen te interponis.

Hic sunt quidem protheses, et apodotes, sed neque li-  
 gantur simul, neque habens sufficientem membrorum  
 longitudinem.

Q: quid est Pneuma?

Q: Est illa orationis compositio, quae multa cola, et

comota simul complectitur, et ea usque protendit, quoad  
dicentis spiritus, et talera perferre possunt; sunt autem  
duas partes, una vocatur Diana, id est, Mens five  
intentum, quod longior p. debet. altera pars vocatur  
Epilogus, id est, conclusio, five clausula, quod brevior,  
quam prima, Exemplum potes apud Ciceronem pro sexto  
Roscio.

Rogat, orator de Chryfogone, si nihil de  
patris fortunis amplissimis in suam rem  
convertit, si nulla in re de gaudavit, si  
tibi optima fide sua omnia concepit, adnu-  
meravit, appendit; si restitum, quo ipse lectus  
erat, annulumque dedit; si os suum tibi tra-  
didit; si ex omnibus rebus se ipsum nudum;  
neque proterea quidquam excepit, ut tibi per  
de liceat innocenti amicorum opibus vitam  
in egestate digere.

In hoc Pneumate à verbis Rogat, orator usque ad  
excepit, est Diana, à verbis vero ut tibi per de p  
usque ad degere est Epilogus.

Ceteram Pneuma solvi potest per Epanalytin, id  
est, per se assumptionem alicuius voculo se pigrepeti-

Ad, nam tunc è Pneumate fit Periodica circumductio  
propter aggregationem pluriam periodorum ad eandem  
rem spectantium. ut Cicero pro Domo.

Quid si per vim tulisti tamen ne lex est,  
aut quidquam jure gestum videri potest,  
quod per vim gestum. p. constat. an si in  
ipsa latrone tua i capta iam urbe lapides  
tui ad illam latem, atqz. Cluven civitatis  
sine vi pervenire potuisti. p. usqz. ad hoc

verba: tam profecto ostendisti vim tibi maxime  
displicere

ubi vides particulam vis soppig resumi à Cicerone,  
ac repeti; quod si n̄ fieret omnia illa membra extre-  
mo membro clauderentur; et iam n̄ amplig erat, peri-  
odica circumductio; sed re ipsa verum Pneuma.

Q: quid est Thasis?

A: Thasis seu extensio non differt à Pneumate nisi  
longi sa diu. nam quando Pneuma ita longum est,  
ut notabiliter videatur excedere spiritum oratoris,  
eumqz. defatiget dicitur Thasis, usurpatur ad osten-  
dendam causæ magnitudinem exprimendam magnum

affectum oratoris.

Quid Sit *Caesim* seu *incisim*  
 Item  
 Quid Sit *Membratim* ac  
*Periodice* dicere.

Q: quid est *incisim* seu *caesim* dicere?

R: *Incisim* dicitur, quando in singulis *incisim* oratio  
 insistit et desinit. ut. *veni, vidi, vici. abiit, excepit,*  
*erupit, evasit. p. Cui.*

Aliud *inciso* seu *comatico* orationis exemplum habes  
 apud eundem. *Negs tu habes hoc: Negs eis confidis;*  
*alia te ratio, alia te cogitatio ad spem huius opprimen-*  
*di excitavit. magno sunt in te opes, tate patet gratia*  
*multi amici multi cupidi tui, multi fautores laudis*  
*tuae, multi huic invident.*

Alia te *ratio. p. usq; ad verbum excitavit* *inclusivè*  
 est *monotolos*, quod ideo annoto, ut etiam videas, eius  
 modi orationibus *incisim* dictis pro arbitrio et rei exi-  
 gentia tam *preiores* periodos, quam *integra* membra in-

spem populi.

Q: quid est membrata dicere?

R: Est sensus singularis membrarum inter se non connexis aut coherentibus finire. ut Cicero pro lege Manilia.

Quam provinciam tenuistis à Prodronibus liberam  
per hosce annos: quod vectigal vobis datum fuit?  
quem socium defendistis? cui profugio clauditibus  
vestris fuistis? quam multas existimatis insu-  
las esse desertas quam multas aut metu relictas?  
aut à prodronibus captas urbes esse sociorum?

Aliud huius generis habet pro Milone.

Quando illis postea siua illa, quam à Catilena  
acceperat, conquievit? hoc intentata nobis est.  
huic ego vos objeci pro me non sum passus.  
hoc insidiato Pompeio est. hoc istam appiam  
viam, monumentum sui nominis nece papyrii  
creantavit. hoc eadem longo intervallo conser-  
sa rursus in me, ruper quidem, ut scitis, adro-  
giam me pene confecit.

In his tamen et similibus dicendi formulis si quemadmo-  
dam de oratione incisiva facta de supra comonui, non  
nimirum de angas velim, circa numerum syllabarum

sufficit enim ad eiusdem dictiones membraticas, ut  
 earum membra potiora habeant requisitam extensionē,  
 licet etiam aliquod incisum, aut una alterave perio-  
 dus uni membri aut bimembri, saltem quod potesta-  
 te est talis, illis comisceantur. Quemadmodum  
 Cui: in priori exemplo pariter duobus incisus est  
 usus, dum dicit: quem socium defendistis. y. quam  
 nullas aut metu relictas. y. in posteriori vero  
 exemplo pro milone posuit ab initio uni membrum  
 actu, quod potestati bimembri est iuxta superius dicta.  
 Secundo incisum tertium membrum simplex, vel si vis  
 etiam uni membrum; cum n̄ requiratur, ut periodus  
 semper incisus distinguatur. hoc autem membrum  
 propter requisitum syllabarum numerum etiam in  
 fine habeat suam flexum et respectum ad suum principium  
 qui ni ergo clausi periodum uni membrum accensetur.  
 tertio incisum. quinto denuo monocolor, sextores y.  
 duo membra, quorum ultimo incisum interijcit.  
 Existimo igitur secundo hoc aliq̄s quam plurima  
 Cui: exempla ad orationem membraticam dicta plus  
 n̄ requiri, quam ut sensus singulis membris inter se n̄

connexis absolvatur ac finiatur: siue dein aliqua illig  
 membra sint more comatica siue perfecta ac proprie  
 talia, aut etiam uni membra, aut potestate dicolor  
 constituentia. neq; tamen etiam hoc regula quoad  
 hoc tamen ultimum est sine exceptione quis enim pro-  
 hibeat, n̄ periodiq; composita eiusmodi dictionibq;  
 eiiciatur.

Q. quid sit periodice dicere?

R. non est plusibq; periodis orationem proferre. siue  
 sententiam aliquam membris inter se in aliquo sensu  
 perfecto coherentibq; et numero se cadentibq; complu-  
 ti. Exempla periodice dictionis passim apud Cic:  
Murel: ꝑ. praecipue in oratione suarum exordis sunt  
 obvia.

Circa haec de periodis dicta, bene notandum est  
 quibq; particulis connectantur partes periodi, ut  
 videlicet una posita necessario debeat sequi alia.

Eiusmodi autem particulae, quae instar catend mem-  
 bra membris, et prothosin, apodosi venisse necesse  
 solent, sunt sequentes, aliq; his similes.

Quamquam quibus respondet  
 Et si

Tamen  
 Atamen

Quamvis.  
 Etiam si.  
 Licet.  
 Aemadmodum.  
 Sicut.  
 ut.  
 Non solum.  
 Non modo.  
 Non tantum.  
 Quoties.  
 Qualis.  
 Quantum.  
 unde.  
 Quo.  
 Quo magis.  
 Quo magis.  
 Cum.  
 Non minus.  
 Non minus.

verontamen.  
 Nihilominus.  
 Nihilominus minus.  
 Sic.  
 Ita.  
 Pari modo.  
 Sed etiam.  
 verum etiam.  
 Sed et.  
 Toties.  
 Talis.  
 Tantus.  
 Inde.  
 Eo.  
 Eo magis.  
 Eo minus.  
 Tum.  
 Quam si.  
 Ac si.

Virgula ante, soepe excipit particula quam in constructione sequenti.

Periodos denique continuare solent particulae adeo, ut, quis, profertim prolesea, insuper, posteaquam, quoad, donec, sic, itaque igitur .p.

ultimo circa interpunctionem periodi sequentia sunt observanda.

Primo ut integram periodum semper excipiat punctum. unde si novam periodum inchoans littera sequatur Majuscula. Sin vero nova Periodica non sit etiam post punctum litterarum nullum discrimen esto. Atque hoc punctum aliqui parvum in digitari solent licet utriusque figura scilicet tam puncti majoris quam minoris sit eadem.

Secundo. ut membra periodi vel duplici puncto, vel puncto, et virgula, vel sola virgula interpungi solent.

Punctum duplex fiat, si membra non sunt brevissima et ita sepe sensum absolvant, ut vel aliquid affirment, aut negent, et in sermone non necessario aliquid expectent, ut videre est in hac Ciceroiana.

Erat Italia tunc plena gratiarum artium et disip-

lenarum: Studiis hoc in latio vehementer tunc  
 colebantur, quam nunc iisdem in opibz et hic Romo  
 propter tranquillitatem rei publico n̄ negligeban-  
 tur punctum convisgula ponatur; quando membra  
 etiam sunt longispula, et adhuc aliquid ad periodi  
 sensum absolvendi desiderant.

Ita Talig Nennis astantias agatitate debescit,  
 ipsa visuale oppremit audaciam, atqz eloquentia  
 viam penitus ad defensionem interclusit; ut illum  
 senatus Populusqz Romaqz.

Sola visgula utitur, quando membra sunt bre-  
 vissima, etiam si nihil aliud expectent, et per se  
 sensum perfectum faciant. e.g. Hilaritate fortes  
 offereunt, arbores germinant, aues novum carmen  
 modulantur.

170.

*[Faint, mostly illegible handwritten text in a medieval script, possibly Gothic or Carolingian minuscule, covering the majority of the page.]*

*[Handwritten text visible on the right-hand page, including a large initial 'Q' and several lines of script.]*